Gregorius eps servus servorum dei Dilectis filiis .. Prioribus ac Universitati Terre nre Montissancti
Firman dioc · Salt et aplicam ben · Cum dilecto filio Magro Monti de Camplo decretorum doctori Capellano nro ac causarum
palacii aplici Auditori de ecclia sancti Stephani de Montesancto plebe nuncupata cum Monasterio sancte Marie de Montecarisolano Fir
man dioc dicte ecclie canonice unito tunc certo modo vacante graciose duxerimus providendum / devotionem vram in domino exhortamur
vobis per aplica scripta mandantes / quatinus prefato Monti seu procuratori suo / ob nram et sedis aplice reverentiam in adipiscenda et
retinenda possessione ecclie et Monasterii predictorum / ac fructuum eorumdem / favores vros impendatis adeo efficaces / qd et ipi proficiant
ac ecclie cum Monasterio quibus ipm non ambigimus profecturum / fructus ipos sibi facientes assignari / etiam si forent indebite occupati /
Et vos ipi exhibentes sic benignos / qd illam quam cupimus quietem / vro mediante favore consequatur in eis / ita qd apud nos et sedem ipam
vri suffragii exhibitio efficaci promptitudine valeat ut spem gerimus / commendari · Dat / in Civitateaustria Aquilegen dioc iii Non Septembr
Pontificatus nri Anno Tercio ;

Jo. de Pempelunde ;

Che La Comm.